



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 50.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

**C**hildebertus rex apud Parisios obiit, & in Basilica sancti Vincentij, quam ipse cōstruxerat, sepultus est. Cuius thesauros & regnum Chlotarius assumpsit. Vvalderadam & filias eius duas in exilium misit.

Caput 49.

**C**hramnus in Britanniam fugit ad k ad Conobrem Comitem Britannorum. Quia l Lacharius focer eius ad Ecclesiam S. Martini confugit, per ipsum hæc Basilica incendio concremata: postea à Chlotario condigne recuperatur, & stanno cooperitur, Chramnus à Chlotario patre suo captus cū vxore & liberis in Britannia igne cōcrematur. Conober Comes Britānorū interfectus.

Caput 50.

k al. Conobru.  
Aim 2. cap. 30.  
l. Greg. lib 4.  
cap. 17. & Aim.  
cap. 31. Willa.  
charium vo-  
cant.

**C**hlotarius pro suis peccatis quæ gesserat aut negligenter egerat, exorandum ad limina Beati Martini Confessoris properat. Exinde compendio villa veniens Li. anno regni sui vexatus à febre obiit. Chilpericus occupatis thesauris Chlotarij in villa Brinnaco sedem Childeberty Parisijs occupat, sed mox inde repellitur. l Charipertus, Guntramnus, Chilpericus, & Sigibertus regnum patris diuidunt. Dedit fors Chariberto regnum Childeberty; Parisijs sedem habens: Guntramno vero regnum Chlodomeris; sedem habens Aurelianis: Chilperico regnum Chlotarij patris eius; cathedram habens Sueffionis: Sigiberto quoq; regnum Theodorici; sedem habens Mettis. Eodem tempore Huni Gallias appeterunt, contra quos Sigibertus mouit exercitum, eosque vicit atque fugauit. Postea cum eis pacem iniuit. CHILPERICVS Remos inuadit, & alias ciuitates quæ ad SIGIBERTVM pertinebant abstulit. Vnde inter ipsos bellum ciuile surrexit. SIGIBERTVS Sueffionas occupat. THEODEBERTVM filium Chilperici apprehensum in exilium trāsmittit. Chilperico victo atq; fugato ciuitates in suam dominationem reuocat. Post annos Theodebertum filium Chilperici reddidit, datis inuicem

Caput 51.  
Aimoin. lib. 2.  
cap. 37. Greg.  
lib. 4. c. 12.

l al. Gauri-  
pertus.